UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Qui accusare non possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX IX.

DOnationes. Donatio facta in liberos, non reuocatur, niſi ex cauſa ingratitudinis. hoc dicit.

LEX X.

* a GEneraliter. * a Donatio reuocatur ex cauſis hac lege īſertis. Sz ſi non reuocat donator, eius heres reuocare non poteſt. hoc dicit.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Generaliter. An valeat pactum q̄d non poſſit reuocari donatio pretextu ingratitudinis, vide Iaſ. in l. fi. verſi. ex iſta. doc. Bal. C. de pac.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Generaliter. Aduerte, q̄ ſi debitor ex cā donationis fuerit liberatus, licet propter ingratitudinē poſſit reuocari in priſtinam obligationē, nunquā tñ inducitur obligatio pignorum vel hypothece. tex. eſt in l. j. §. cū venditor. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſoluit. Limita iſtā l. in dote data per patrem filie, que non pōt propter ingratitudinem reuocari, per tex. in l. fi. q̄ ibi ponderat Bal. ſ. de dot. promiſ. Nunquid autem huic legi poſſit renuntiari, ponit Bal. in c. cū inter. de elec. ꝛ Roma. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. ꝛ ibi Alex.

De donationib. cau. mor. Rub. LVII.

LEX I.

SI donatione. Donatario cauſa mortis pōt per fideicommiſſum ſubſtitui. hoc dicit. De hoc plene in l. j. ꝛ ij. eod. tit. ff. ꝛ ibi per Dy. ꝛ ibi dixi.

LEX II.

INteſtata. Poteſt mulier cauſa mortis donando facere alium ſtipulari dotem ſuaz ſalua Falcidia, ſeu legitima, que liberis eius debetur. h. d.

LEX IIII.

CVm de mortis. Donatio cā mortis accedit vltime voluntati, ꝛ inſinuatione non eget. ſi quinqz teſtes legitime interueniant. h. d. Per iſtam legem puto correctam. l. donatio. ſ. de dona. que videtur requirere quod in donatione cauſa mortis fiat inſinuatio.

BARTOLVS

Ad Nonum Lib. Cod.

Qui accuſare non poſſunt. Rubr. I.

¶ Gloſſ. ponit que perſone non poſſunt accuſare, quam vide, ꝛ nota ꝛ ſigna.

LEX I.

a PRius eſt. Quando duo crimina intentantur, quorum vnum eſt preiudiciale ad aliud, ſuper grauiori proceditur a. hoc dicit. Secundum vnam lectur. innuit quod ſententia lata in vno iudicio, parat preiudicium in alio. Contra. ff. de publi. iud. l. is qui reus. Solu. Huius timore ſunt plures lect. Tu tene hic quintam lect. que eſt Azonis, vt hic. Iſta duo iudicia erant inuicem preiudicialia, ꝛ in l. contraria ſecus. Iſtam materiam examina plene vt ibi dixi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Proceditur. Et nota ad iſtum tex. quod illi qui accuſauerunt non poſſunt officium iudicis implorare, vt procedatur ad inquiſitionem, ac ſi ipſi eſſent procuratores inquiſitionis. Ita dicit Bald. in l. j. C. ſi tutor non geſ. Item nota quod qui accuſare, non poſſunt, non poſſunt eſſe denunciatores. Ita inquit Barto. in l. diuus. ff. de cuit. re. vbi vide de materia denunciationis.

LEX II.

1 ☞ Tutor poteſt ſemper accuſare tutorio nomine.

SI cautiones. Si tutor ad vtilitatem pupilli, accuſat ſuo nomine debet ſe inſcribere. hoc dicit. Per hanc legem dicunt gloſſ. noſtri, ꝛ aduocati communiter quod tutor vel curator non poteſt alieno nomine accuſare. Hoc intelligo verum, niſi in caſibus, in quibus, ad proſequendum crimen admittitur procurator, prout plene no. in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procurato. Ego tamen puto,

1 † quod ſemper poſſit tutor a accuſare tutorio nomine vt l. polla. ſ.

a de his quibus vt indi. ſed inſcribere ſe ad penam talionis, hoc nō poteſt tutorio nomine, ꝛ hoc eſt. quod iſta lex dicit. Cautela tamen

2 eſt, † quod quando tutor accuſat aliquem, dicat in accuſatione, talis tutor. nec adijciat, tutorio nomine, nam tunc intelligeretur eo modo quo poteſt, vt l. poſt mortem. §. j. ff. quando ex fac. tut.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Poſſit tutor. Dic vt latius per Bar. in l. ij. ff. de accuſ.

LEX III.

a QVi crimen. a Accuſatio ſine inſcriptione, nō admittitur, ꝛ accuſator cōtumax extra ordinē, ꝛ in expenſis punietur. h. d. Hic videtur eſſe caſus quod in criminalibus victus victori cōdemnatur in expenſis. Quod dic vt dixi vobis in l. non ignoret. ſ. de fruct. ꝛ lit. expen. Item hic videtur caſus, quod in eadē inſtantia poſſit deduci ciuilis petitio ꝛ criminalis. nam hic vides, quia punitur extra ordinē, iſtud eſt criminale. Item punitur in expenſis, ꝛ iſtud eſt iudicium ciuile. de hoc dicam vobis in l. ſi quis ad ſe fundum. ſ. ad l. Iul.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Qui crimen. Vide que dixi in l. accu. ff. de accuſat. poſt Barto. ꝛ adde caſum nota. in quo debet actor ſe inſcribere, ꝛ perſonam legitimare, ſecundum domi. Anton. in tit. de accuſ. ꝛ vide in l. fin. ſ. eod. Et adde quod in multis caſibus poſt mortem quis poteſt accuſari. de quibus Inſtitu. de hered. que ab inteſt. §. per contrarium. quero an accuſator mortui debeat ſe inſcribere ad penā talionis ſicut accuſator viui, vt in hac gloſſ. habes arg. ix. queſt. ij. c. ſane. §. ſi forte. que apud aliquos eſt canonizata. ad §. per contrarium. qui tenet quod ſic. ꝛ alleg. Bald. hic.

LEX IIII.

VXor tua. Mulier poteſt accuſare. ſi ſuā vel ſuorum iniuriā proſequatur, niſi ſit alius, ad quem magis principaliter negotium pertinet. hoc dicit. cum l. ſeq. Nota quod dixi in ſummario.

LEX VI.

a ACcuſationem. a Qui ſemel deſiſtit, non admittitur iterum ad accuſandum. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Accuſationem. Vide in ff. qui deſiſtit. ꝛ ibi Bart. ff. ad Turpil. an ille, qui deſiſtit a ciuili, poſſit criminaliter accuſari.

LEX VII.

SI ea. Qui tempore ſtatuto a iudice nō accuſat, vel accuſationem non proſequitur, poſtea non

a auditur a. hoc dicit hec bona lex. Nota hanc l. quam plene examinaui, ꝛ dixi in l. Titia. ff. de accuſa.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non auditur. Et adde eum in l. iij. ff. de re iudi. ꝛ in l. ij. de eden. ꝛ in l. edita. eod. tit. ꝛ in l. de die. qui ſatiſd. cogan.

LEX VIII.

NOn prohibentur. Miles poteſt accuſare, ſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam. hoc dicit.

LEX IX.

NOn ignorat. Non debet quis admitti vt talis, niſi prius probet ſe talem. hoc dicit. Tene menti hanc legem, ꝛ multum not. ad

1 infinita. Sepe † dicunt ſtatuta, quod ſi ciuis admittatur ad aliquod, ꝛ nō alius ante omnia debet ſe probare eſſe talem. Tamen puto quod hec probatio fiat citata parte.

LEX X.

SI crimen. Etiam qui ſuorum iniuriam perſequitur, ſe debet inſcribere. hoc dicit.

LEX XI.

DAta opera. Incendiarij. l. Cornelia de ſica. puniuntur. hoc dicit.

LEX XII.

DE crimine. Qui regulariter accuſare nō poteſt, ad accuſandum non admittitur niſi prius examinetur, an crimen, quod accuſat, ad caſus exceptuatos pertineat. hoc dicit.

LEX XIII.

SI magnum. Frater non poteſt, accuſare fratrem vel pater filium, de crimine grauiori, ſi ſuam iniuriam non proſequitur. hoc dicit. cum l. ſeq.

LEX XVI.

CUm rationibus. Qui habet duos accuſatos tertium accuſare non poteſt niſi ſuam iniuriam proſequatur. hoc dicit.
a Idem in l. hos accuſare. ff. eo.

LEX XVII.

INiquum. Nutritus non poteſt ſuum nutritorem accuſare, niſi ſuam iniuriam proſequatur. hoc dicit.

LEX XVIII.

a **SI ſororem.** Frater fratrem, ſeu ſororem poteſt de leui crimine accuſare. hoc dicit.

LEX XIX.

a **NEganda.** Hec eſt proprie materia. l. is qui reus. ff. de publi. iud. ⁊ breuiter dicit. Accuſatus nō poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare de pari crimine, vel minori, prius quam ſit abſolutus, niſi ſuam proſequatur iniuriam, poterit tamen accuſationem proponere, non vt ſuper ea procedatur, ſed vt ſuperſedeatur, donec cauſa prima finiatur. h. d. Materiam huius legis pleniſſime habes in text. ⁊ gloſſ. ⁊ ego vlterius dixi in l. is qui reus. ff. de public. iudi.

LEX XX.

SI quis. Perſona domeſtica nō poteſt dominum domus accuſare, niſi in crimine leſe maieſtatis. h. t. hec notabilis lex. Nota hanc legem, quod fa-
1 miliaris † non poteſt accuſare dominum domus quod intelligē verum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriā proſequatur. Et facit iſte ca-
2 ſus † quod monachus non poteſt accuſare Abbatem. In contra-
a rium videtur dicere. c. Abbate.[a] de verb. ſignific. dic vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ C. Abbate. Ubi eſt iſte caſus quod monachus accuſat, de Spec. in tit. de inquiſitio. §. fin.

LEX XXI.

a **SI liberti.** Liberti nō poſſunt accuſare patronos. hoc dicit iſta lex.

De accuſationib. & inſcriptionib. Rub. II.

LEX I.

EOs qui. Qui effodit terminos, extra ordinem punietur. hoc dicit hec lex.

LEX II.

SI cuidam. Hec eſt notabilis lex. Pro ſuo intereſſe admittitur quis ad defendēdum alium in crimine capitali. h. d. Per hanc legē practi-
1 cabatur in ciuitate iſta. dicit hic ſtatutum † quod quicunq; declinauerit forum, poſſit impune offendi vel occidi. Adhibeatur talis cautela, quod ſi accuſabatur filiusfamilias, pater pro ſuo intereſſe
a declinabat forum [a] pro filio, ⁊ ſic nō incidebat in ſtatutū filius eodē modo ſi delinquebat monachus, Abbas pro ſuo intereſſe declinabat forū poſtea cōtra iſtas fraudes, fuit per ſtatutū prouiſum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Declinabat forum. Aliam cautelam adde vt dixi poſt Bart. in l. ſi quis ſub condi. ff. de cond. inſtitu. ⁊ hic adde Imo. in l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudi. ⁊ ibi Bart. ⁊ Bal. in l. reos. j. eo. ⁊ l. ab adminiſtrat. ē. de leg. adde Ang. conſi. xxxvij.

LEX III.

REos. In capitali crimine admittitur procurator ad allegandas cauſas abſentie. hoc dicit. plene in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procu. ⁊ ego dixi in repe. l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudi.

LEX IIII.

a **SI accuſatoribus.** [a] Abſolutoria lata accuſatoribus abſentib. non per contumaciam eſt ipſo iure nulla. h. d. Oppo. quod plures non admittuntur ad accuſandum vnum, ſed vnus tantum. l. hi tamen. §. fin. ⁊ l. ſi plures. ff. eo. Breuiter plures ſol. dantur illa eſt vera, quod hic non fuit oppoſitum de plurib. nam ſi fuiſſet oppoſitum de pluribus fuiſſet electus vnus, quod tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si accuſatoribus. Adde Bart. in l. ſi plures. ff. eod. ⁊ vide quod per iſtā gloſſam in hoc do. Bart. no. in l. j. in fi. C. de fur.

LEX V.

NOn ideo minus. Delinquens propter mandatū alterius non excuſatur. hoc dicit. Hic veniret examinanda materia, de mandatore perſuaſore ⁊ inſtigatore. Dixi in l. non ſolum. §. ſi mandato. ⁊ §. procul. ff. de iniurijs. Materiam vero de auxilio, ⁊ fauore, tractaui vobis in l. in actione. §. ope. ff. de fur.

LEX VI.

a **ABſentem.** [a] Abſens non poteſt damnari de crimine capitali, ⁊ ſi fuit dānatus ſententia eſt nulla, que retractabitur per eundem, vel per ſuperiorem, hoc dicit. De materia nullitatis, dixi vobis in l. j. ē. quando prouoca. non eſt neceſſ.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Abſentem. Uide Bartol. in l. iij. ē. eod. ⁊ in l. quidam conſulebant. de re. iu.

LEX VII.

a **EAquidem.** In notorijs poteſt per inquiſitionem procedi [a] ſed in nō notorijs quis nō punitur, niſi fuerit citatus, vel accuſatus. h. d. Et exponas ita text. Ibi. denunciantur, tanquam notoria, vt patet ex ſequenti reſponſo, ⁊ ff. ad Turpilianum. l. ab accuſatione. § nunciatores. ⁊ ſic intelligit gl. ff. de adult. l. ij. §. ſi publico, ⁊ etiam Dynan text. Ibi. poſſe perpendi, procedendo per inquiſitionem ex officio ad denunciationem officialis. Item ibi in text, deſpici, quaſi dicat in non notorijs, non proceditur per inquiſitionem, ſed per accuſationem, ⁊ hoc innuit verbum, accuſatio. ſecundum predictum modum legendi, ⁊ hoc modo intelligitur communiter iſta lex. ſed dominus Nicol. Mat. intelligit quādo officialis denunciat cauſam, poteſt procedi per inquiſitionem, vt prima parte huius legis, ⁊ probatur j. tit. ij. l. j. ⁊ j. de decurio. lib. xij. l. j. ff. de cuſto. reo. l. diuus. Unde ſi officialis illam denunciationem produxerit, in notorium probando tunc ille denūciatus abſoluetur, vt hic in ſecunda parte huius legis, ⁊ d. l. ab accuſatione. §. nunciatores. ff. ad Turpilianum. Et quod text. dicit hic accuſatus, expone. id eſt, denunciatus. Hanc autem materiam. quādo poſſit per inquiſitionem procedi pleniſſime dixi in l. ij. §. ſi publico. ff. de adulterijs.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Procedi. Ubi in notorijs procedatur per inquiſitionem, ⁊ de modo procedendi in notorijs, vide per Spe. de noto. §. j. ⁊ plene per Ange. in l. ſi vacantia. poſt med. ⁊ in c. ad noſtram. de iureiu. per Anto. ⁊ ibi per eum queritur. an ſit neceſſarium probari notorium, ⁊ quomodo probetur. ⁊ multa pulchra ibi. Uide qḋ dixi in l. ij. §. ſi publico. ff. de adul. qḋ no. Bal. in l. accuſat⁹. ad Turpil. Et quando dicatur crimen notorium, vide Innoc. no. in c. ſi. de coha. cleri. ⁊ muli. ⁊ ibi plene de materia. ⁊ bal. in l. accuſatorem. ff. ad turpil. ⁊ Bald. hic. Adde qualiter procedatur ſuper notorio, Oldra. conſi. xxxvij.

LEX VIII.

SI quis ſe. Accuſatio debet porrigi coram preſide, non coram officialibus. h. d. in ſumma.

LEX IX.

a **QUi de crimine.** Iſta eſt notabilis lex. Breuiter dicit, accuſatus. de eodem crimine non poteſt iterum accuſari, [a] de alio tamen crimine poterit iterum accuſari, etiam ſi ex eodem facto deſcendat, nec debet ſuper vno pronunciari, donec ſup alio fuerit plene cognitum. h. d. Diuiditur in duas partes primo, ponit vtrum liceat accuſare. Secūdo qualiter debeat ꝓcedi. Secunda ibi, iudex autem. Iterum prima ſubdiuiditur, q: primo loquitur quando accuſatur de eodem crimine. Secūdo, qn̄ de diuerſis habentibus originem ex eodem facto. Secūda ibi, ſi tn̄. vbi eſt caſus ſingularis. ¶ Ad euidentiam ſcias tu iuuenis, qḋ quandoq; ex vno facto oriuntur plura crimina, exemplū in eo qui cognouit ſuam conſanguineam nuptam. iſte enim commiſit adulterium, q: in nuptam. Item inceſtum, q: in conſanguineā ſuā. Hoc premiſſo caſus in terminis eſt clarus. ¶ Oppo. ad primam partē dicte l. ſi quis homicidij. j. eod. Sol. Fateor quod regula eſt hic q̄ accuſatus, de eodē, iterum non accuſatur, fallit in caſibus quos
b dic vt in gl. quam vide, ⁊ no. ¶ Uenio ad ſecundum dictum[b] oppo. ⁊ videtur quod quando plura crimina deſcendunt ex eodem facto, non poſſit accuſari niſi de vno, vt l. ſenatus. ff. cod. prout ibi exēplum ponitur de parricidio. Sol. quandoq; eſt vnum factum, ⁊ vnus titulus criminis, ⁊ plures agendi forme. ⁊ tunc vna tm̄ lege poteſt accuſari, vt d. l. ſenatus. ſecundum aliquas lecturas. Uerbi gratia, ille qui facit homicidium. poteſt accuſari lege Cornelia de ſicarijs, ⁊ ex forma ſtatuti huius legis, tunc vna tantum punietur pena, vt dicta lege ſenatus. Quandoq; eſt vnum factum. ⁊ plures tituli criminis, ⁊ habent ſe ſicut genus, ⁊ ſpecies, ⁊ tūc accuſatus de vno, non poteſt accuſari de alio, vt dicta l. ſenatus, ſecundum quod